

tibus & futuris in perpetuum Coram nobis & fratribus nostris in concilio scarensi ex parte parrochianorum lincopensis ecclesie querimoniam ventilatam. conquerencium inferiorem ecclesiam dicte ciuitatis spoliatam baptisterio cognita veritate per testes ydoneos tam clericos quam laycos decreuimus terminare. Et cum dicta inferior ecclesia a maiori dependeat sicut in die dedicacionis sue statutum est per dominum colonum episcopum successoribus suis johanne. karolo. benedicto. jdem confirmantibus ex consensu & concilio tocuis concilij adiudicauimus baptisterium ecclesie cathedrali. Prebendas eciam quas beate memorie dictus. b. in supradicta ecclesia cathedrali ordinavit auctoritate summi pontificis. Auctoritate qua fungimur confirmamus, vt sicut ab inicio ordinate sunt. in perpetuum maneant inconcusse. Quam confirmacionis paginam vt tenaciori commendetur memorie sigilli nostri munimine necnon venerabilium fratrum nostrorum coepiscoporum. Videlicet domini Th. strenginensis episcopi. et domini M. arosiensis episcopi. et domini. G. Wexionensis episcopi et domini. I. lincopensis episcopi. & dominij. I. scarensis episcopi: dignum duximus roborari. Ne quis hanc nostram confirmacionem reuocare uel irritam facere presumat in posterum sub comminacione anathematis inhibentes. Datum gýtalie Anno dominij MCC.XL primo. II nonis Maij.

306.

1241 d. 15 Oct.

Ärke-Biskopen Urros i Lund stadfästelse på ett af Decanus dersammastädes ANDREAS ingånget hemmansbyte om Balingslöfs gård i Stoby församling emot Gæmsæ och Rythsjörÿth, med vilkor, att icke någon qvarn eller fiskbyggnad måtte på dessa ägor uppföras i Aminån.

B. 1: 127.

*Littere permutationis bonorum in gæmsæ &c. pro bonis in ballingløff.*

V. dei gracia lundensis Archiepiscopus. Swecie primas Omnibus presens scriptum cernentibus In omnium saluatore salutem Vniuersitati vestre presentibus declaramus. quod dilectus in christo filius Andreas. ecclesie nostre decanus. Auctoritate nostra accedente cum consensu capituli nostri. totam terram quam habuit & possedit in villa que dicitur gæmsæ et in rÿthsiorÿth. ad prebendam ejus pertinentem. permutacionis contractu. nomine Lundensis ecclesie. scotauit coram nobis. siue per scotacionem tradidit liberam & vacuum. tononj Scaclasun. hac condicione adiecta. vt eidem tononi siue ejus heredibus. aut cuicunque alij. ad quem predicta terra pro tempore. quocunque titulo deuolui contigerit. nullo modo liceat in amne qui dicitur amin. molendinum aut clausuram piscium que wlgariter dicitur wærmæn siue fiscagarth aut quodcunque opus quocunque

cunque nomine censeatur ad quamcunque partem territorij predictorum locorum. racione siue occasione prescriptarum terrarum ponere & edificare vel facere Idem vero tono. bona fide promittens omnia predicta & singula per se & heredes suos. seruaturum facturum & curaturum. scotauit & per scotacionem tradidit. totam terram & siluam quam ipse nomine suo habuit & possedit in villa que dicitur ballinslef, sita in parrochia ecclesie que dicitur stokby cum omni jure. eidem terre competenti & competituro. prefato decano recipienti nomine lundensis ecclesie permissionem & scotacionem ipsius Nos igitur volentes vt omnia predicta firma & rata permaneant vtrique parcium predictarum. in mutue defensionis subsidium et munimine. ne alterutrum se molestant. Litteras nostro & nostri capituli sigillis concessimus roboratas. Actum lundis in ecclesia beati laurencij ante altare sancti stephanj Anno incarnationis dominice. MCCXLI Idibus octobris. Presentibus & consencientibus. Lundensibus canonicis dominis, Kanuto Archidiacono Eskillo filio Hildradi. Laurencio filio andree quondam archidiaconj. Petro filio Karoli. Magistro blek magistro sacero clementis. Hildigero. Nicolao theuthonico Et Abbatibus. Paulo de omnibus sanctis ordinis cluniacensis Manne. apostolorum petri & pauli de thumathorp Et Johanne. sancte marie de becchiascogh ordinis premonstratensis. Martino. priore sancte crucis de dalby. Laycis. Tocone lundensis prefecto Torstano hac Sacero filio petri Tukone filio swart pincerna nostro & aliis quampluribus clericis & laicis tunc ad synodum conuocatis.

307.

1243 d. 23 Sept.

Anagni.

Påfv. INNOCENTIUS IV:s Bref till Prioren och Bröderne af Predikare-Orden i Wisby, med befallning att de skulle genom sina predikningar understödja Tyska Hospitaliter-bröderna, hvilka stridde mot de otrogne i Liffland och Preussen, och att de, som antogo korset till dessa bröders bistånd, skulle åtnjuta, icke allenast Påfvens beskydd för sina familjer och egendomar, under deras frånvaro, utan ock, om de ett års tid tjenstgjorde, samma friheter, som korsfararne till det heliga landet, äfven som 20 dagars estergift af ålagd penitens tillföll dem, hvilka bevistade dessa predikningar.

K. c. 177.

*Innocentius Papa IV. Priori ac Fratribus Ordinis Prædicatorum de Wisbii lingacopensis Diocesis per Gothlandiam.*

Qvi iustis causis hominum promouendis promptum fauorem impendimus, tanto libentius vigilanti cura prosequi pia debemus negotia Iesu Christi quanto Deus homini præferendus esse dignoscitur, & omnis sibi deberi reuerentia comprobatur. Igitur cum sicut relatu fidedignorum percepimus

Sv Diplom.

38